



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rei Poenitentis Simplex Et Hvmilis Confessio

Coloniae Vbiorvm, 1645

CAP. LXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10133

54 R E I P O E N I T E N T I S
cuit Domino, ita factum est; sit nomen Domini benedictum.

C A P. L X I.

ADhuc locutus est tibi spiritus meus , qui quidem promptus : carnis autem infirmitæ , quæ flagella nimis formidat , longe alia est oratio. Tu scis insipientiam meam , Domine ; timidus , pusillus , & infirmus animus meus à te non est absconditus; qui ad omnem, non solum advenientem, verum etiam impendentem malorum vim , debilitatur ac frangitur. Itaque vix flagellum exseres , vix brachium ad feriendum attolles , cum ego manum objiciam , atque , ut ignoscas , orabo : vix virgas expedes , lora parabis , cum , sicut oculi servorum in manibus Dominorum suorum, ita erunt oculi mei ad te Dominum Deum meum, donec miserearis mei. Miserere mei, Domine, miserere mei ; ac, si fieri potest, (sed quid inquam, fieri potest? omnia tibi possibilia sunt,) sepositis flagellis, omissis animadversionibus, ardentesissimi amoris tui igne , peccatorum meorum maculas elue, scorias iniquitatum mearum antiquarum atque recentium exure. proba me, Domine, proba cor meum hac perfectissima ac singulari ratione. flagella mancipiis , flagella hostibus adhibe ; cum liberis , cum amicis, quales tu tibi nos esse voluisti , non metu , sed amore , non poenis atque suppliciis , sed donis beneficiisque contendere.

C A P.